

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 557

**Auteur(s) :** Aliz la Bigresse [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Jumièges, Saint-Pierre (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** ...1200...

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Charte d'Aliz La Bigresse, par laquelle cette dame donne à l'abbaye de Jumièges deux hommes de son fief à Bouquetot, Robert Le Sellier et Robert Soliman, avec toute la terre qu'ils tenaient d'elle et les services de charrue et de charrette, au mois d'août, qui s'y trouvaient attachés, et huit acres de terre à Blaquetuit et Champ-Dolent, moyennant quoi les religieux la reçoivent comme sœur et s'engagent à lui fournir, sa vie durant, le pain, le vin et les habits, comme à un religieux, et à faire à son domestique le même traitement qu'ils font aux leurs.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Vernier Jules-Joseph, *Chartes de l'abbaye de Jumièges (v. 825-1204)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1916, 2 vol., n° CCXLI, t. 2, p. 214-216.

## Dissertation critique

« Fin XIIe siècle — Commencement XIIIe » d'après J.-J. Vernier.

Texte établi d'après a

Notum sit presentibus et futuris quod ego Aeliza Bigressa dedi ecclesie Gemeticensi et monachis ibidem Deo servientibus, pro remedio anime mee et patris mee et matris mee et filiorum meorum et domini mei Ricardi Bigredi, duos homines meos apud Buchetot, videlicet Robertum Sellarium et Robertum Soliman, cum omni tenemento eorum quod de me tenebant, integre, libere et quiete, in perpetuam elemosinam. Ex quibus jam dictus Robertus Sellarius reddere debet ad festum sancti Michaelis .III. solidos Andegavensium, et ad median quadragesimam .III. solidos Andegavensium, et ad natale Domini .III. capones et .I. gallinam et .IIII. denarios, et ad pascha .XX. ova et .II. denarios, et ad augustum medietatem terre que dicitur Curta Peicha et medietatem palerie deferendam ubicumque monachi voluerint in eadem parrochia. Jamdictus vero Robertus Soliman ad median quadragesiman debet reddere .V. solidos Andegavensium, et ad natale Domini .II. capones et .I. gallinam et .III. denarios, et ad pascha .XXX. ova et .III. denarios cum consueto servitio aratri et quadrigae in augusto. Dedi etiam jamdictae ecclesie, in perpetuam elemosinam, .VIII. acras terre in Brachetuit et Campum Dolent integre, libere et quiete. Que omnia ego ex dono patris mei per maritagium hereditario jure possidebam. Alexander vero abbas et monachi, propter amorem Dei et propter jamdictum beneficium, receperunt me in sororem et participem beneficiorum totius ecclesie, in vita et in morte, et concesserunt mihi in vita mea quantum monacho uni in cibo et potu et vestimentis, servienti vero meo, quandiu vixero, quantum uni servientium eorum, et preterea panem unum ei qui afferet mihi de curia necessaria. Testibus, Roberto Boteri et Laurencio filio Ernaudi, Symone de Havilla et Willelmo Capellana,

presbiteris, Roberto filio Landrici, Radulfo de Buchetot, Ricardo de Bus, Henrico de Bella Mara, Willelmo de Barduvilla, Petro de Bella Mara, Nicholao, clerico, et Alanno, fratre ejus, de Fronlencort, et multis allis.